

ia, flagr,
e volat, &
persequi,
s, qui ne
venatione in
humano in
s à ferari
traducere,
ctum est, ne
ationi possi
nione pro
expe
tu.

ASSER

ASSERTIO POSTERIOR.

Venationes esse licitas & maximè proficuas, Virisq; Principibus dignas.



N campo hactenus positæ fuerunt rationes, quæ primâ fronte venationum exercitiis minimè favere videbantur. Et certè non nemo fuerit, cui inde persuasum sit, venationes & valetudini noxias, vitæ periculosas, ipsis facultatibus pernitiosas, ex hominum memoriam proscribendas esse. Veruntamen si accuratiore calculo res examinatur, perspicuum erit, illa rationum tela non ipsam venationem, sed frequentiam, sed abusum petere & oppugnare. Neg tam iniquus rerum aestimator dabitur, qui pugnet, rem nullam tantâ præstantia & bonitate esse, ut abusu locus non sit res liquus. Proinde haud ineptus fuero, si succinctâ dictione, orsus à longinquâ vetustatis commemoratione, necessitatis & commoditatum campos percurrero, quicquid bac in parte veri lateat, venaturus.

Etenim quantum mens nostra potest respicere, ad spaciū præteriti temporis & integratatis humanae memoriam recordari ultimam, intelligimus hac dñeūtēwē studia iam tum frequentata fuisse. Quippe homini divinitus ea potestas data

B 2 erat,